



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

Parisiis, 1644

XXVII. Quod qui publica laborat infamia, testibus deficientibus, ad purgationem est cogendus: & quod pro inimicitia vel manifesta causa suspicionis, potest ordinarius euitari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15588

Pœna cleri-
ci ad iudicē
secularem
in spiritali-
bus appel-
lantis.

Autoritate sedis apostolicæ contempta, ad audientiam domini regis appellavit. Verum quoniam nemini licet super rebus spiritualibus ad sæcularem iudicem appellare, si verum est quod prædictus R. enormiter & immoderate deliquit, nec delictum huiusmodi debet inultum aut impunitum relinqui: discretioni vestræ, &c. quatenus utramque partem ante præsentiam vestram conuocantes, rem sollicitè & diligenter inquiratis: & si ita esse inueneritis, præfatum R. ab omni ecclesiastico beneficio, appellatione remota, & officio suspendatis, & ad præsentiam nostram cum literis vestris, rei veritatem continentibus, suspensum mittatis, & prædictas decimas prædicto VV. præcipiatis sine molestia & contradictione restitui.

CAP. XXVII. *Idem Ianuensi episcopo.*

Cum inter alios præmineamus, &c. Quoniam fraternitas tua nos consulere voluit, utrum episcopus parochianum suum, publica fama eum accusante, ad purgationem cogere possit: consultationi tuæ taliter respondemus, quod si de aliquo crimine publica laborat infamia, accusatore & testibus deficientibus, ad purgationem per diocesenum episcopum est compellendus: nisi forte super ipsa ad superiorem iudicem duxerit appellandum. Sane si appellauerit, eius iudicio apparebit, ad cuius examen causâ per appellationem refertur. Quatenus vero inimicitia vel contrarietate aliquis parochianus iudicio diocesani episcopi eximatur, quia nos consulere voluisti, duximus respondendum, quod non solum pro inimicitia, sed etiam pro manifesta causâ suspicionis, potest sui episcopi iudicium euitare, & ad superiorem iudicem recurrere, cum nullus a suspecto iudice debeat iudicari.

CAP. XXVIII. *Idem Zamorensi episcopo.*

Cum parati essemus petitiones tuas, quas nobis per nuntium tuum porrexisti, benigne suscipere & efficaciter exaudire, dilectus frater noster, Hyacinthus scilicet in Cosmedin diaconus cardinalis, olim apostolicæ sedis legatus, constanti nobis assertione proposuit, quod cum te ad Synodum suam vocasset, & ad eius vocationem contempsisses accedere, in personam tuam excommunicationis